



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

59. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

De eadem re.

LIX. Interea non est leviter accipiendum quod Dominus dicit: *Domus mea domus orationis est.* Si enim domus Dei orationis domus vocatur, hoc debet esse quod dicitur, nec ibi aliud debet geri aut recondi. Ubi enim corpus Domini consecratur, ubi angelorum præsentia non dubitatur adesse, ubi sanctorum reliquiarum reconditarum venerantur, ne quid inhonestum appareat quod oculos ad orationem venientium offendat, ne quid ibi videatur quod ad lucrum temporale pertineat; sed omnia sancta, omnia munda, & tantummodo ad ecclesiasticum ministerium pertinentia.

Burchard. lib.

3. c. 86.

Eja. 38.

Ut altaria mundissimis linteis cooperiantur; & ut Presbyteri feminis prædicent ut linteamina dent unde altare vestiatur. *Ex Concilio Remensi cap. v.*

LX. Observandum est ut mensa Christi, id est, altare ubi corpus dominicum consecratur, ubi sanguis ejus hauritur, ubi sanctorum reliquiarum reconduntur, ubi preces & vota populi in conspectu Dei à sacerdote offeruntur, cum omni veneratione honoretur, & mundissimis linteis & palliis diligentissimè cooperiatur, nihilque super eo ponatur nisi capsæ cum sanctorum reliquiis, & quatuor evangelia. Expleta Missa, calix & Sacramentorum liber cum vestibus sacerdotalibus in mundo loco sub fera recondantur.

Burchard. lib.

3. c. 97.